JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

dilecto filio SERAPIONI ULUHOGIAN, Abbati Generali Ordinis Mechitaristarum Venetiarum, electo Archiepiscopo titulo Chersonesitano in Zechia, salutem et apostolicam benedictionem. Qui universi christifidelium coetus curam arcano consilio Nobis concredidit, idem onus etiam imposuit eum Episcoporum ordine instruendi, qui sunt « fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi » (2 Cor. 8, 23). Ad quam excelsam dignitatem, gravissimumque officium eos unos deligere viros contendimus quorum vitae ratio atque expleta ab iis hactenus munera bonam spem faciant maiora usque eos esse molituros. Hodie hoc in Te fit, dilecte fili. Scimus enim quae quantaque sive opera feceris sive consilia tui Ordinis christifideliumque Armenorum bono sollerter fideliterque adhibueris. De sententia igitur ven. fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali a Secretis, ac Summa Nostra potestate Te Ecclesiae CHERSONESITANAE in Zechia Archiepiscopum nominamus et renuntiamus, post mortem Ludovici Parisot bo. me. adhuc vacantis. Habebis igitur iura et honores, officia et onera sustinebis quae sunt excelsi huius muneris propria. Volumus autem ut antequam Episcopus consecreris, iuxta statutas formulas et fidei catholicae professionem facias et jura iuranda des, ad morem qui est Orientalibus suetus, quorum exempla, sive Tui sive eius qui Tibi affuit iuranti nomine sigilloque impresso, ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittes. Pro Te denique, dilecte fili, peramanti animo vota nuncupamus precesque fundimus Deo, ut piissima eius Matre deprecante, Apostolorum Regina, commissum Tibi munus opere et doctrina sic exsequi pergas ut inde suo nomini gloria ac perillustri Mechitaristarum Ordini vita et prosperitas crescant atque provehantur. Datum Roma, apud S. Petrum, die altero et vigesimo mensis Julii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo. : R. M. :

Jacobus Aloisius Card. Copello
S. R. E. Cancellarius

Franciscus Tinello, Regens — *Franciscus Hannibal Ferretti, Prot. Ap.*
Caesar Federici Prot. Ap.

Expedita die XXIII Sept. anno Pontif. II — *In Canc. Ap. tab. vol. CIV N. 9*

S. Rodomory Calligani pro Plumbatore

ՅՈՎՀԱՆՆԷՍ ԵՊԻՍԿՈՊՈՍ ԾԱՌԱՅ ԾԱՌԱՅԻՑՆ ԱՍՏՈՒԾՈՅ

սիրեցեալ որդւոյ ՍԱՊԻՈՆԻ ՈՒԼՈՒՀՈՃԵԱՆ, Ընդհանրական Աբբայի Ուխտին Մխիթարեանց Վենետկոյ, Արքեպիսկոպոսին ընտրելոյ տիտ. Քերսոնի Զեքիայ, ողջոյն եւ առաքելական օրհնութիւն: Որ ընդհանրականն հօտի հաւատացելոցն Քրիստոսի զխնամս ծածուկ խորհրդով յանձն արար Մեզ, նոյն ինքն պարտս ի վերայ եդ յօրինել կազմել զայն դասու Եպիսկոպոսացն՝ որք են «եղբարք մեր, Առաքեալք եկեղեցեաց, փառք Քրիստոսի» (Բ. Կորնթ. Ը. 23): Եւ յայդ բարձրագոյն աստիճան եւ պաշտօն ծանր զայնոսիկ եւեթ փոյթ յանձին ունիմք ընտրել արս՝ որոց բոյս բարուց եւ պաշտամունք ի նոցանէն կատարեալք յոյս բարի ընծայեն եւ մեծամեծս եւս յարդիւնս ածելոյ: Այսօր, սիրեցեալ որդեակ, ահա այդ ի քեզ առնի: Քանզի գիտակ եմք թէ քանի՛ փոյթ յանձին կալար ի գործս եւ ի խորհուրդս վասն բարւոյ Ուխտիդ եւ հաւատացեալ ժողովրդեան հայոց: Վասն որոյ վնռով պատ. եղբօր Մերոյ Սրբոյ Հռովմէական Եկեղեցւոյ Ծիրանաւորի՝ Ատենադպրի Ս. Ժողովոյն որ վասն Արեւելեան Եկեղեցւոյ, եւ մերովս գերագոյն իշխանութեամբ կարգեմք զքեզ եւ հոչակեմք Արքեպիսկոպոս Քերսոնի որ ի Զեքիա եկեղեցւոյն, որ յետ մահուան բարեհամբաւն Լուդովիկեայ Պարիսոտ դեռ ևս թափուր ի հովուէ մնայր: Ունիցիս արդ զիրաւունս եւ զպատիւ, բարձեալ զբեռն եւ զպատիւ որ սեփական այդր պաշտաման իցեն: Այլ կամիմք զի յառաջ քան զընդունելութիւն ձեռնադրութեանդ յեպիսկոպոսութիւն ըստ սահմանեալ ձեւոց եւ գրաւանութիւն կաթողիկէ հաւատոց տացես եւ զերդումն, ըստ եղանակին սովորելոյ առ արեւելեայս, զորոց զպատճէն՝ քոյովդ եւ որոյ վկայ երդմանդ կայցէ անուամբ եւ կնքով դրոշմելով՝ առ Ս. Ժողովն Արեւելեան Եկեղեցւոյ փութով առաքեսցես: Հուսկ, սիրեցեալ որդեակ, վասն քո սիրով մեծաւ ուխտս դնեմք եւ աղօթս առ Աստուած մատուցանեմք, զի աղաչանօք զքած Մօր նորա՝ Առաքելոցն դշխոյի, զպաշտօն որ քեզ հաւատացաւ գործով եւ վարդապետութեամբ այնպէս փութացիս կատարել զի որ անտի փառք անուան նորա եւ ականաւոր Ուխտին Մխիթարեանց կեանք եւ յաջողութիւն առատացեալ յաճախիցեն: Տուեալ ի Հռովմ, առ Ս. Պետրոսի, ի քսաներորդում երկրորդում աւուր ամսեանն Յուլիսի յամի Տեառն հազարերորդի իննհարիւրերորդի վաթսներորդի, յերկրորդում ամի քահանայապետութեանս մերոյ:

Յակոբոս Ալոյիսիոս Քարտինալոյ Ծիր.
Ս. Հ. Ե. Դիւանադպիր

Փրանկիսկոս Թինելլոյ, Վարիչ
Փրանկիսկոս Աննիբալ Ֆերրեթթի, Առաքելական նոտար

Կեսար Ֆետերիչի Առաքելական նոտար

Առաքեալ ի ԻԳ աւուր Սեպտեմբերի, յԲ ամի Քահանայապետութեան

© National Library of Armenia